te ex eternitate, et filius matris, quia genitus esset ex tempore. Si autem spiritus sanctus as-
sumpsisset carnem, duo filii in trinitate essent: alter filius patris sine ma-
tre, alter filius matris sine patre. Ille quidem incommunicabile nomen divideret.
Filius solus carnem suscepit, ut unus et idem esset et filius dei et filius hominis: fi-
lius dei ex divinitate genitus a patre, filius hominis ex humanitate
natus ex matre. *Quare solus filius carnem susceperit.*

Sed forte erunt aliqui qui dicant: Si inseparabilia sunt opera trinitatis, quomodo ergo
quod facit filius facit pater? Si autem omne quod filius facit, facit et pater, quomodo si solus filius
carnem assumpsit, et pater carnem assumpsit, quia filius sine patre car-
nem assumere non potuit, sicut nihil sine patre facere potuit. Sed hoc primo consi-
derandum est, quomodo dicitur filius facere omne quod pater facit. De illa nimirum operatione
intelligendum est que circa creaturam fit in conditione et regimine et dispositione conditorum, et operi-
bus suis fecit deus: in qua operatione pater et filius et spiritus sanctus omnino separari non possunt,
quia in deitate una in qua et equaliter operantur unum sunt. Hec autem ideirco de
divina operatione distinguimus, ne quod etiam id quod dictum est omnia
que facit pater hec et filius facit, opponendo quis putet: quia pater gignit, quod
filius non facit, et filius gignitur, quod pater non facit. Si enim filius sic pater gigneret,
pater esset; et si pater sic filius gigneretur, filius esset. Itaque ne quis prop-
terea quia filius non gignit quod pater facit, existimaret filium non facere
quecumque pater facit, diximus quia hoc de illa operatione intelligendum est que
circa creaturam operatur, ut quod non erat esse incipiat, et in creatura operatur, ut quod fa-
ctum est, in eo quod factum est subsistat. Sicut enim tota trinitas inseparabiliter
operatur, ut nec pater a filio, nec filius a patre, nec spiritus sanctus ab utroque
in operatione separatur. In opere quippe operatio proprie designatur. Illa
in eo quod factum est, quod est, quod deus non facit ipse, sed unum est. In eo autem quod factum est
ab illo utique factum est, a quo factum est omne quod factum est. Hoc quod omnia que facit